

ret tyrannidem omittere, & omnem porestatem annuis Consulibus, & Senatui Rempublicam reddere. In qua re diversæ sententiae consultos habuit Mæcenatem & Agrippam. Agrippa enim, utile sibi fore, etiamsi honestum non esset, relinquere tyrannidem, longa oratione contendit; quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diversæ sententiae variis rationibus firmatae. Rogavit igitur Maronem, an conferat privato homini se in in sua republica tyrannum facere. Tum ille: Omnibus ferme, inquit, rempublicam acupantibus molesta ipsa tyrannis fuit & civibus: quia necesse erat propter odia subditorum aut eorum injustitiam in magna suspicione magnoque timore vivere; sed si cives justum aliquem scirent, quem amarent plurimum, civitati id utile esset, si in eo uno omnis potestas foret. Quare si justitiam, quod modo facis, omnibus futurum, nulla hominum facta compositione, distribues, dominari te, & tibi conductet, & orbi. Benevolentiam enim omnium ita habes, ut Deum te & adorent & credant. Ejus sententiam sequutus Cæsar, principatum tenuit. Audivit a Syrone pracepta Epicuri, cuius doctrinæ locum habuit Varum. Quamvis diversorum Philosophorum opiniones libris suis inferuisse, de animo maxime, videatur, ipse tamen fuit Academicus. Nam Platonis sententias omnibus aliis prætulit.

Hanc prestantissimi poete vitam, quod antiquissima sit, non omisi: quod tamen & scatet erroribus, & alius fere omnibus locum errandi pre- buerit, ideo non esse absque censura proponendam existimavi. Quamobrem vitam aliam digessi per annos Urbis & Consules, quos cum annis Augu- sti Virgilique contuli: ut ex ea comparatione series operum rerumque ve- ritas certius innoscere.

P. VIRGILII MARONIS  
HISTORIA  
Descripta per Consules  
ACAROLO RUÆO S. J.

Annals U. C. 684. Virgilii 1

CN. POMPEIUS MAGNUS L.  
M. LICINIUS CRASSUS L.

**P**UBLIUS Virgilius Maro nascitur in  
pago, cui nomen *Andes*, qui ter mil-  
le passibus Mantua distat, Idibus  
*Oktobris*, qui dies est illius mensis  
decimus quintus. *Ira viri scriptor.*  
Ita Phlegon apud Photium. *Ov. v. A. M. 29*

Ita Phlegon apud Photium: *Ouryx*... *Myces*  
... *moestis*... *qui* *est* *in* *terrestris*... *et* *ereditis*... *Oryx*... *hereditis*.  
Virgilius *Maro poeta nostra est* *hunc ipso anno*, *Idibus*  
*Oboris*. Ita Martialis Epig. lib. 12. 68.  
*Ostendit* *Maro consecratus Idini*. Patrem  
habet, ex *Pseudo-Donato*, *Maronem*; ex  
*Probo*, *Virgilium*: matrem, *Maiam*. Pa-  
tor, ex *Servio*, *civis Mantuanus fuit*; ex  
*Probo*, *ruficulus*; ex *aliis*, *opifex signum*; ex  
*Pseudo-Donato*, *mercerianus*, a *foco* *Maio*  
*gregibus canitans* & *rei ruficis praefectus*.  
... *Viminius*, *exemplaria*

*Maius illum, avum Virgilii, exemplaria  
vitae omnia *Magnum* vocant. At cum eius  
filia, Virgilli mater, juxta omnes *Mata* dia-  
fit: omnino Maius pater fuit Maius, non  
Magus: indeque ortum exilissimo, ut Virgil-  
lius magici artibus imbutus fusile creditus  
fit ab Elinando monache, alisque sequioris  
seculi scriptoribus, quod ex Ecloga septima  
magica quadam sacra descripsisset, & peritus  
esset multarum artium, & praecepit a-  
vum habens *Magnum* diceretur.*

vum habuite *Magnum* dicetur.  
*Vergilius*, an *Vergilius appellandus* sit, magna fuit superiori seculo controversia. *Stabat Angelus Politianus* pro *Vergilio*: pro *Virgilio Pierius*. Certe neque multitudine veterum lapidum ac monumentorum, quæ *Vergilium* praferunt, quicquam evincit; cum alia etiamen complura *Vergilium* habeantur. *Græca Suæ* scriptio. *O. Virgilius*; cum Stephanus scribat in dictione *Mantua Bizzagno*: nec etymon nominis a *Vera aut Vergilius* stellis; cum aliis deducant a *virga* laurea, quam prægnatis mater in somnis vidit; alii a *virga* populea, quæ post eius ortum more gentis humi delixa est; alii a *virginali* virginalia; propter usum Neapolitani *Partenianam*.

appellatus est, a <sup>scipio</sup> virgo. Ego cum  
Pierio exstimo, facilius aliquam pro-  
misca fuisse communionem elementorum  
& i. Sic, telle Quintiliano, dicebatur  
apud veteres *Diana*, pro *Diana*; *Menervia*  
pro *Minervia*; *leber* & *magerel*, pro *liber* &  
*mageris*. Sic repertus adhuc in quibusdam  
codicibus *Serinus*, pro *Virginus*. Sicut etiam  
scribi potuit *Vergilius*, pro *Vulgilius*. Sed in  
iis omnibus litera i denione prevaluit

Nec mihi videtur *Virgili* nomen aliunde  
acceptum, quam a patre. Si enim fuit co-  
gnomen a *tinga aut vere*, certe non feci-  
loco, sed tertio, que cognominis fede-  
re, appellandus fuit, P. MARO VIRG-  
LIUS. Neque movet me, quod in quibus  
dam veteribus libris, *Partheniatis cognome-*  
*secundo ferat loco, hoc nimis ordinis, P.*  
*PARTHENIATIS VIRGILII MARONI-*  
*LIBER; id enim ex scriptorum incisita con-*  
*tra morem Romanum factum esse manife-*  
*sum est.*

*Annus U. C. 691. Augusti 1. Virgilii 3.*

M. TULLIUS CICERO,  
C. ANTONIUS.

**N**ecficius Octavius, qui deinde Augustus appellatus est, 9. Kal. Oct. id est 23. Septemb. Patre C. Octavio, Matre Atia M. Atii Balbi, & Iulie illius filia, quæ Julius Caesaris soror fuit. Quare Octavianus Caesaris sororis nepos, non ex sorore nepos, ut male quidam scripterunt.

*Annus U. C. 696. Augusti 6. Virgilii 23.*

L. CALPURNIUS PISO.

**A. GABINIUS.**  
**V**irilius *Cremone* studis eruditus. **I**n Hieronymus in Eusebii Chronico. A littere tamen vita scriptor: *Initia statis, et, usque ad septimum annum, Cremone exi- Qua verba sic emendat Scaliger in Eusebii usque ad sedecimum annum; quo fere anno Mediolanum concessit. Stranda autem illius fuere Graci praecepit sermonis, tum medicinae & mathematicarum disciplinarum Philosophia quoque sub Syrone Epicureo, iuxta Jos. Scaligerum sive Catio Etiam Infini- bri, eudem leteta Philopo, qui Mediolanum in na-*

natus erat. Et in eo quidem studio scium habuit Varum illum, cuius gratia sexam Eclogam deinde scripsit. Epura: Philosophia placita de rerum origine continet. De Syrone dicimus in ilius Eclogae argumento: de Vario in eadem Ecloga, v.7.

Poësim imprimis dicitur auspiciatus adhuc puer: & Cirim, Attam, Culicem, Moretum, Coram, Divas, Catelam, Epigrammatum, Priseja junior scripsisse. At Jol. Scaliger, & post eum dodifere omnes Attam Cornelio Severo adjudicant. Moretum, Ani. Septimi Severi esse idem suplicatur: Diva, quin a Valerio Catone scripta sint, ne dubitari quidem patitur: Copam Virgilio tribuit Priscianus, sed reclamante Scaligeri, Priapela, obsecrissimam epigrammatum farinacinem, ex Ovidii, Catulli, Petronique facibus collecta esse manifestum est. In Catelam & Epigrammatum, ut multa videntur in Virgilio, propter maledicos & irreverendos factos: ita paucula quedam eodem adolescentiae digna postea videri. De Cir & Culice major est controversia.

Ac Virgilii quidem esse hoc utrumque opusculum suauerunt multis veris utriusque conplures alpersi, qui in Georgicis & Aeneide, aut sideri omnino, aut puero accusatiui limitati reperiuntur. Non enim aut mili perfaudet stylus enervis ac vagus, obfusa sententia, numeri dissoluti; proflus si qui tam forde humilis fuit, non viceat potuisti unquam ad perficiatum illam Bucolicorum te uitatem, multo minus ad splendidae Aeneidos majestatem assurgere. Bene quidem Scaliger falsum demonstrat, id quod in vita Virgilii legitur, scripsisse Culicem, quicunque tandem Culex ille sit, at es quindecim natum. Quippe Statius in Generaliaco Lucani Silv. 1.2. v.74. testatur Lucanum scripsisse Pharfalam, ante annos Celsis diuinans. At Lucanus post multa opera ultra manu condidit Pharfalam, canique magna ex parte inenarrata reliquit, anno eius mortuus est etatis vigefimo septimo. Addo ego, Culicem hunc, quem habemus, Octavio dicatum esse. At Octavius cum numerabat Virgilium annum decimquinquatu, ipse tantum etiam attigerat: qua statu, nec ipsi poema dicari, nec ea diec de info potuerunt: *At tu, cui meritis ortu fiduciante;* aut ut habent codices alii, *At tu, cui meritis ortu fiduciari,* Octavi venerande. Igitur scriptum satis Culicem probable est, cum Octavius aliquo in nomine copit esse: circa id temporis, quo donatus a Julio Caesaris militaris donis, cum in Hispaniensi castra secutus est, anno U.C. circiter 70. Octavii 19. Virgilii 26. Quod quis credat? Virgilium ab illa Culicis exilitate ita re-

pente convalescere, ut anno post tertio quarto Bucolica scriberet tam aequalibus & vivido & puro nitore inciperit. His abducunt ut putem, insulfum illum Culicem, quem habemus pra manibus, ab incepto aliquo posteriorum & rursum scriptore fecum esse: qui cu apud veteres laudari possum videtur juvenile Maronia Culicem, amissum illum vitio temporum restituere per ludum aut per summam audaciam voluerit, quomodo deinceps a levissimi scriptoribus multa malitiose confusa sunt, ut Cornelii Galli elegia, & nuper Petronii fragmentum.

Idem esto de Cir iudicium, quam Ovidii tempore posteriorum est indicat Scylla, patri & patria ruinam meditantis, cum nutrice colloquuntur: locus omnino exaratus ad similitudinem illius colloqui quod habet Myrrha patris amore infans: cum nutrice irem sua, Metam. l. 9. Ego ablinet Scylla nutrice, ab exemplo Ihesus Myrrha profendo, ut plane existimem si forem illum Virgilius Ciris, ad Myrrham Ovidianam inter scribendum oculos intendisse. Non est igitur audiendus Scaliger, cum Cirum Itam ipsam ultimum esse narravit opus Virgilii, etiam Aeneida posterius: quamquam enim fuisse est felicie venia, quam Cir; tandem jacent in eo multa, multa horrent, nitens quam paucissima: nec a Virgilio beneficente, & aquo seruo fuarum estimatore scribi tantillo in poetamatio potuit: *Accipe dona mea milium virgilistarum labore,* nec Virgilium juvenem, & Bucolica, Geogrica, & neida meditantes, tantum rei poetica iam tum ceperat radium, ut in hoc tā leviori pugnare debiret non dubitaret: *In quo ju- re meis utramque resquio rescas, & leviter Ulandum licet deporror more.* Non juvenis itaque, nec leuex Virgilis Cirum scripti.

Anns U.C. 609. Aug. 9. Virg. 16.

C. POMPEIUS MAGNUS 2.

Virgil in togam prius dicitur Virgilius apud Pseudo-Dionysius, anno etatis 17. usdem illis Consulibus, quibus natus erat. Ieipsum agnoscit Scaliger, sed nimis confidat. Neque enim ab illis Octobribus primi Pompeiani Consulatus, ad Iudicium Pseudo-Dionysius, anno etatis 18. usdem illis Consulibus, quibus natus erat. Ieipsum agnoscit Scaliger, sed nimis confidat. Neque enim ab illis Octobribus primi Pompeiani Consulatus, ad Iudicium Pseudo-Dionysius, anno etatis 18. usdem illis Consulibus, quibus natus erat. Si ergo Virgilius togam virili donatus est Pompejio & Crato secundum Cos. id anno Virgilii aut decimquinto completo, aut decimsexto invenire contigit. Sin ad usque decimum septimum inuenire recedendum est, annus is fuit U.C. 700. Consules, L. Domitius Ahenobarbus, & Ap. Claudius Pulcher. Si denique decimam septimum complectus requiratur, annus fuit U.C. 701. Consules, Cr. Domitius Cal-

vinus,

vinus; & M. Valerius Messala, quem annum consignat his verbis Hieronymus in Eusebio: *Virgilius sumpta toga Mediolanum transgreditur.*

Et vero, et si Romano iure pueritia anno 17. finiretur, tumque sumeretur toga pura seu virilis: tamen pro arbitrio tempus illud aliquando immutatum reperimus. Augustus ex Suetonio togam sumpserit anno 16. Caligula ex eodem anno 20. M. Antoninus Philopolus ex Julio Capitolino anno 25. An. U.C. 708. Augstii 18. Virgilii 25.

C. JULIUS CAESAR 3.

M. AEMILIUS LEPIDUS 1.

J. Ulus Caesar mensis Octobri quater triumphat, de Gallia, de Asia, de Egypto, de Africa. Octavius, fororis eius nepos, militaris donis triumpbo Caesaris Africano donatus est, quamquam expers bellis propter attatem. Suetonius in Augsto, 8.

Anns U.C. 709. Aug. 19. Virgilii 26.

L. MUNATIUS PLANCUS.

M. AEMILIUS LEPIDUS 2.

K. Alensis Januarius Triumviri, inter ceteros Julio Caesaris habitos honores, facillum ipsi dedicare in foro, ejus simillimum ludis Circenibus cum Veneris simillimo circumferendum decernunt. Hinc Octavianus se *Dixi filium* appellavit. Circa Novemvem pugnatus ad Philippi in Macedoniam, pereunque Cassius & Brutus, duobus prælatis, mensis febre unius intervallo distis, ex Plutarcho. M. Antonius abit in Afiam: Octavianus in Italiam redit, ut agros suis Antonianisque veterani dividat.

Anns U.C. 713. Aug. 23. Virg. 30.

L. ANTONIUS.

P. SERVIUS ISAVRICUS.

F. It agrorum dividi, ex optimis quibusque urbibus Italiz, ejectis per vim dominis, non nisi cantum, qui contra Triumviro iterabant, sed etiam aliis, ut habent Appianus & Dio. Fulvia M. Antonii iuxta & Lucius Antonius Consul Marci frater, cum divisionis illius administrationem & gratianum apud milites derivaris ad se non possulint, veterum post forum querelis in speciem commoti, bellum in Octavianum suscitant. Afinius Pollio, M. Antonii singularis anticis, Galliam Cisalpinam inter copias tener, & Alpium transitus Octavianum Legionibus intercludit, ut conflari ex Appiano lib. 5. Idem Lucio Perusio obesse suppetas ferre frustra conatus, sub anni sequentis initium dedita Perusia, cum septem Legionibus Venetiam, in qua regione Manua est, in potestate Antonii dura retinet, ut testatur Velleius.

Atque hac illa est Aegaria largitio, qua Virgilis Andino patrimonio suo multeatus est. Neque enim est, cur Corradus calamitatem illam accidisse poeta suspicetur de cenviratis illa divisione, & que Mutinensis bellum sequuta est, & cui intererat Cicero: \*\*\* tum

tum enim levis erat ac fere nulla Romae Octavianii auctoritas, ut optimates & ipse Cicero de eo occidendo cogitarent. Quare Virgilius dicere cum de illo non potuit id Ecl. I. Deus nolis huc otia fecit: neque illud: *Hic illum vidi jacevem, Melibæ, quotannis bis senos cui nostra dies altaria sumunt;* potuit vero hac Philippensi divisione; cum se Jan Octavianus Divi Iuli filium appellaret, summaque polliceretur triumviratus auctoritate. Multo minus ferendi Probus & Pompeius Sabinius, qui id ad Aetiacam divisionem recesserat & annum U. C. 723. Cum enim & periferique omnibus Virgilianae vite Scriptoribus certum sit, Bucolica triennio esse perfecta; certum item, ut mox demonstrabitur, Eclogam quartam anno U. C. 714. Pollio Contule esse editam: certum id quoque habendum est, Ipatium illud trienni circa Confutatorem Pollionis omnino effumerandum. Adeo quod idem ipse Pompeius Virgilium dicat edidisse Bucolica anno extatis 23. aut 24. Probus & Pædiani, anno 28. Servius, anno 29. Atqui divisione Aetiacæ tempore annos numerabat plenos atque integros novem ac trintigam, quod in curiam Scriptorum ejusmodi manifestaret.

Igitur sic sturno. Virgilium Afinio Pollio, tum in Gallia Cisalpina & Veneta, cuius pars est ager Mantuanus, cum imperio verlanti, five per Varum, quocum philologite studuerat, five per Cornelium Gallum, five per seipsum innotuitissime: per Polliensem commendatum esse Mæcenati: per hunc ad Octavianum gratiam irrevulsa. Quamquam enim tunc diverfarum erant partium Mæcenatis & Pollio: similitudo tamen studiorum & æqua probitatis fama sic utrumque sociabat, ut anno proxime sequente admitti Brundifusus patens una adhibiti sint. Certe Polliensis in Virgilium priora fuisse merita, Mæcenatis potiora, vel ea res probat, quod prior a Virgilio gratia Polliioni, major Mæcenati relata sit: Ecloga unica mox in illius honore edita; Georgicas deinde libris quatuor hujus nomini nuncupatis.

Fretus ea commendatione Virgilius, agros ut recipere suos, Romanum sub anni hujus initio primum venit. Quid enim Virgilio de se fides habeatur? At Ecloga prima sub Tityri persona cestatur, sibi ante amissos agros Romanum ignorans fuisse. *Urbem quam diuit Romanam, Melibæ, putavi Stultus ego huius nostræ similem;* &c. Se libertatis obtinendæ gratia eo profectus: *Et que tanta fuit Romanam tibi causa videndi? Libertas;* &c. Eam ob rem inter fabulas puto quicquid habet vita Scriptor de eis ad Octavianum gratiam aditu, quod magistro stabuli carus

primum fuerit, quod panes eidem utunie stabulariis in fingulis dies dati, quod Octavianus, de genere ac parte suo aliquando follicitus, confulcerit ea de re stabulariis Maronem, ejusque opera Iperaverit patrem se polle suum certo intelligere, quia id e canum equorumque generis ac parentibus scire interdum respondebat. Fuerit enimvero Maroni singularis illa, quam re ipsa fuisse libri Georgici declarant, rei veterinaræ peritura; fuerint hec omnia, qua narrantur, temporum ratione accommodata; ut minime sunt: quis tantum Octavianum fuisse stuporem credat, ut vegetariæ medicinae eam esse viuibi persuaderet; aut tantam Romanæ moris inficiam, ut le regem magnanimum appellaret? aut ipi Virgilio tantum futuron eventuum noticiam, ut Octavianum Augusti nomine appellaret, ante annos minima quatuordecim, quam effet honorificilla illa appellatio eius in gratiam instituta? Quid? jocus ipse quam insulsus: *Pistoris filium tibi Octavianum videri,* quod panes liberaliter erogaret. Cui fabula locum putare præbuisse quod apud Suetonium legitur: Antonium Octavianō inter cetera probara solitum obficere, quod proavum haberet pitem.

Hoc itaque anno scripta est Ecloga prima, qua poeta suam in agro recuperando felicitatem sub Tityri nomine repræsentat. Proinde exorsus est Bucolica, cum annum decurrente nonum ac vigiliūm; neandum Idus Octobres attigit, quod tempore trigeminū erat ingrediūtus. Sciamque Roma protinus Mantuam, novoluce postfollere conatus ex agro ejiceret, Ariam nempe Centuriōnem, aut primipilarem Milium. Toronem, aut veteruman Claudium: ab eo, quibus fuerit, male habitus, agre vice lue confusil, Mincio natu trajecto. Roman regressus, ut vim novo Octavianī edito reprimetur, Eclogam, quae ordinis nona legitur, obtulisse videtur Vario, apud Octavianum gracio, quasi libellum supplicem indicemque calamitatis: eamque, ut res urgebat, subitario impetu et variis carminum, quae meditabantur, fragmentis collinante: quod legenti persuasum fore facilis.

*Annus U. C. 714. Aug. 24. Virg. 31.*  
C. ASINIUS POLLIO.

Octavianus Lucium Antonium urbemque Perusiam deditione accepit. Marcus in Italianum veniens, maximo bellum metu facto, Brundifusum pacem cum Octavianō componit; administris ex parte Octavianī. Mæcenate; ex parte Marci, Pollio. Octavia foror Octavianī, mortuo Marcello priore viro, Marco Antonio conjux datur. Rec-  
dunct

deunt Romanam Triumvirat; sed Sexto Pompeio Magni filio mare Siculum infelix navibus obtinente, famis in urbe fæviens urbem in Triumviratos concitat. Octavianus & Antonius, a plebe tantum non laniati, de pace cum S. Pompeio conveniunt ad Puteolos, in litore Campanie. Ita compotis rebus, laetitia communis & rerum omnium copia in urbem reddit. Decedunt e magistrato Confules, Calvinus & Pollio, in panoz qui supererant anni hujus dies, more illorum temporum. Antonius exercitus sui partem, ut per hyemem exerceret, mittit adversus Parthinos, gentem Illyricam, & olim Brutus Cassibile studiopam; expeditionemque Pollii suo committit, ut colligitor ex eis triumphode Parthinos anno proxime coniuncte.

Virgilii, cum filius Pollii natus esset, ejus genethliaco canit Ecloga quarta, antequam Pollio magistratum abdicasset; nam v. ii. *Tegue adeo dicens hoc avo, te consule inibi Pollio;* post Brundifusum pacem Pollionis opera constitutam, nam v. i. *Patacumque reget patrius viriutibus orbem;* post pacem etiam Puteolanam, invelta feliciter in urbem abundantia, nam v. 21. *Ipsa latte donum referunt distensa capelle Ulvera,* &c. Igitur sub extremos anni dies. Parum enim lana sufficit illa statim aurice promissa, imminentie aut Brundifini bellii, aut Pompejanæ famis metu.

*Annus U. C. 715. Aug. 25. Virg. 32.*  
L. MARCIUS CENSORIUS.  
C. CALVIUS SABINIUS.  
P. OLLIO bellum aduersus Parthinos felicititer gerit: de quibus triumphum agit 8. Kal. Novembri.

Dum inde Pollio Roman redit ad triumphum, perlustratil Illyrici & Venetiae littora, Virgilius Eclogam octavam componit, ubi perstringit bellicas eius laudes, v. 6. *Tu mibi, Iew magni superas jam faxa Timavi;* *Sive oram Illyrici legis aquoris,* &c.

Nec procul ea tempore, nempe circa medium Octobrem, videtur scripta etiam illa, quae ordine tertia legitur: *cum scilicet victimæ & sacra triumphalia pro Pollionis victoria pararentur. Ideo commendat poetæ, ut virtutis taurique Pollioni pascantur* v. 84. *Pollio amas nostram, quamvis sit rufilla, Musam:* *Pierides, vitulum lectori pascite vestro.* Pollio & ipse facit noua carmina: *pascite taurum;* &c. Quam si quis levem conjecturam putet: de illa non admodum pugnabo necum ut sentiat.

*Annus U. C. 716. Aug. 26. Virg. 33.*  
APPIDIUS CLAUDIO PULCHER.  
C. NORBANUS FLACCUS.  
B. Ellum inter Octavianum & S. Pompeium renovatur, aduersa primum Octavianī fortuna.

Virgilius Bucolicis finem imponit, postquam ea triennio ante incepisset. Tunc ergo scripta est Ecloga, quæ decima numeratur, quam hic ipse confignat nota: *Extremum hunc Arribul mihi concede laborem.* Ceteræ, quas hic omisimus, quo tempore scripta sint, nihil certo indicat.

*Annus U. C. 717. Aug. 27. Virg. 34.*  
M. VIPSIANUS AGRIPPA I.

L. CANINIUS GALLIUS.  
D. Unde aduersus S. Pompeium Octavianus, bellum instaratur, orditur Virgilius Mæcenatis suauis Georgica, quæ septem annis consequentibus exequitur, maxima ex parte Neapolit.

*Annus U. C. 718. Aug. 28. Virg. 35.*  
L. GELLIUS POLICOLA.  
M. COCCIUS NERVA.

Pompeius ab Octavianō navalī pugna vincitur. Octavianus divinis honoribus coli nunc primum incipit: ut habet Appianus lib. 5. Crol. M. Antonius, re aduersus Parthos male gesta, concedit in Egyptum ad Cleopatram; ubi se luxu & voluptatibus tradit.

*Annus U. C. 719. Aug. 29. Virg. 36.*  
L. CORNIFICIUS.  
S. POMPEIUS S. F.

Pompeius fuga se recipit ad Antonium, & cœquile iustu in Phrygia occiditur. Titio: Octavianus vistor inter Deos tunc lates oppidatim consecratur, cum iam annos 28. exegisset, ut habet diserte Appianus lib. 5.

Quicquid ergo haec tenus de divinitate Octavianii apud Virgilium reperitur, id ab codicium, aut per adulacionem, aut quia iam inde ab anno 712. *Divi Iuli* se filium appellabat.

*Annus U. C. 720. Aug. 30. Virg. 37.*  
M. ANTONIUS 2.  
L. SCRIBONIUS LIBO.

*Annus U. C. 721. Aug. 31. Virg. 38.*  
C. CESAR OCTAVIANUS 2.  
L. VOLCATIUS TUELUS.

*Annus U. C. 722. Aug. 32. Virg. 39.*  
C. DOMITIUS ANOBARBUS.  
C. SOSIUS.

H. Is annis tribus jaſta sunt bellii femina, Octavianum inter & Antonium.  
*Annus U. C. 723. Aug. 33. Virg. 40.*  
C. CESAR OCTAVIANUS 3.

M. VALERIUS MESSALA.  
D. Ebullatur apud Actium, Epri promontoriu, 2. Septembri, M. Antonius ab Octavianō, cum immensis auxiliis, quæ ex Armenia, Media, Egypto, Arabia, India, totaque ferme Asia collegerat. Mox in Egyptum cum Cleopatra bellum reparatur fugit.

*Annus U. C. 724. Aug. 34. Virg. 41.*

C. CESAR OCTAVIANUS 4.  
M. LICINIUS CRASSUS.

**R**eturius in Italiam Ostavianus, ut quartum Consulatum accepere, obvium habet Brundisi Senatum, a quo Consul renunciatur; ibique dies, iuxta Suctonium, septem & viginti, iuxta Dionem triginta cum subtiliter; inde statim abit in Asiam, ubi reliquum hyemem traducit, instruendobelli Aegypti apparatu.

Falum igitur, quod in vita Virgilii legitur: hunc Cesari ex Aethio bello reduci, & ad reficiendas vires Atellae, que urbe est Campania, commoranti, legisse Georgica, Mæcenate sufficiunt legendi vices, quoties est vocis offensione interpellaretur. Aut id si verum est, non post Aethiacum bellum, sed post Aegyptium necesse est accidisse.

Alexandriam, Aegypti regiam, Ostianus capit, mense Sextili, qui deinde Augustus appellatur est. Tum Cleopatra & Antonii obit, solus universi orbis potitus imperio: primum Aegypti praefectum, sub procuratori nomine, inquit in Cornelia Galium; eum, de quo decima Ecloga scripta est. Inde Ostianus per Syriam in Asiam revertitur, ibidemque hyemam non longe ab Euphrate: tum Tigratium & Phraetatem de regno Parthie contendentes vitoria sua terrore composuit: tum denique divinos honores afferavit palam, & permisit fibi templo extirpi Nicomediam, Pergami, &c. Quia omnia contingere per hyemam annis huic, ex Dionis lib. 51.

Interim Virgilius Neapolitum Georgicis manum & clausulam adhibebat his verbis: *Hæc super aurorum cultæ pectora canebam. Et super arboribus: Cæsar dixi magnas ad alium Falpinam Euphraten bellâ, vitorum velentes Per populos dei iura, Iamque agetas Olympo. Illo Virgilius me tempore dulcis oblat Parthenope, &c.* Idem tunc prioribus libris quoddam attexuit versus, hujus ipsius anni & Aegyptiæ vitoriorum indices: ut G. 2. 171. *T. maxime Cæsar, qui nunc extremis Asia jam vider in oris Imbellens avertit Romanis arcibus. Indum. Item G. 3. 28. Auge hic undantem bello, magnumque fuentem Nilum, & navalij surgentis are columnas: Adam uiles Asia domitas, pulsumque Niphatem, &c.* Qua eadem hyeme flatum animum ad Aeneida convertit, eamque per annos undecim exercitus est, ut communiter vita Scriptores habent.

*Annus U. C. 725. Aug. 35. Virg. 42.*  
C. CESAR OCTAVIANUS 5.

S. APPULEJUS.

Cæsar Romam reversus ter triumphat Sextili mense; de Dalmatis, de Macedonia & Aethio, de Cleopatra & Aegypto,

Atque ita pace per universum orbem Romanum constituta, templum Jani claudit tertium a Romulo. Quid inservit Virgilius Aeneidos libro primo, quem tunc habebar in manibus, v. 295. *Apera tanq; positis mitem scutula bellis. Clandentur bellis portæ, &c.*

Eodem anno Censuram exercet Cæsar, & Collegam sibi assunxit M. Agrippam: quo in munere ad expurgandos ordines Reipublicæ, moreisque ambo multa fecerunt. Id quoque significavit Virgilius eodem libro v. 296. *Canæ fides & Vesta, Remo cum fratre Quirinus, Juri dabunt.*

Dicitur & hoc anno Cæsar deliberaverit de imperio deponendo, eaque de re confultores aribusque Mæcenatem & Agrippam. Et fuadebat quidem Agrippa deponendum: negabat Mæcenas, cuius confito obsecrunt est. Id vero perquam nobis, quod si est, non suffit a solo Pseudo-Donato, sed a gravissimis etiam Historicis memorum: Maronem nebam a Cæsare vocatum etiam in confilium, Mæcenati alienum esse, nuntianteque principis animum alienum hoc suo confirmasse.

*Annus U. C. 726. Aug. 36. Virg. 43.*

C. CESAR OCTAVIANUS 6.

M. VIPSANIUS AGrippa 2.

Cæsar perfecta hæc anno Censura, sole minibus sacrificiis Romane more lustrum condit: iudos Aethiacoquinquennales, ad aeternam vitoriae sua memoriam a prius institutos, primum exhibet, nobilium perorum equiæ descensio & gymnaea exercitatione præcipue insignes, ex Dionis lib. 51. & 53. Quæ omnia sub Aenea persona representavit Virgilius l. 3. v. 279. *Lustrumque Jovi, rotifigis incendimus aras, Attaque illuc celebravimus litora Iudæi. Exercitus parvæ oboe laudesq; Nudati fecit, &c.*

*Annus U. C. 727. Aug. 37. Virg. 44.*

C. CESAR OCTAVIANUS 7.

M. VIPSANIUS AGrippa 3.

Urgit nomine donatur Ostianus a Senatu, Munatii Planci sententia, Januario mense.

*Annus U. C. 728. Aug. 38. Virg. 45.*

C. CESAR OCTAVIANUS 8.

T. SATYLius TAURUS 2.

Orontius Gallus, amicus Virgilii, primus Aegypti procurator ab Augusto constitutus, ob multa ibidem volenter acta eidem invitus, & a Senatu damnatus, ipsum interficit. Ajunt ejus laudes fuisse a Virgilio suffiæ celebratas Geor. lib. 4. inde que post eum neccepit iulius Augusti sublatas, & Aristei fabulum carum loco substitutam. Sed fidem ii apud me non faciunt: tum quod Aristei fabula siccum apum concreta videtur, ut naturæ re ipsa, non huic auctexta videatur: tum quod Virgilius tantam ope-

ris

## HISTORIA.

xxi

ris partem laudando Gallo minime debuit tribuisse, qui non nisi pauculos versus Mæcenati dederat suo, cui totum ipsum opus dedicabat: tum quod Augustus ipse, qui Suetonio teste luxerat Galli necem, non ita videtur infelix ejus suile memoria, ut inanis ei laudes invidere.

*Annus U. C. 729. Aug. 39. Virg. 46.*

C. CESAR AUGUSTUS 9.

M. JUNIUS SILANUS.

Augustus movet expeditionem in Cantabros: qua dum abescit, supplicibus ut Pseudo-Donatus ait, minacibusque literis partem Aeneidos aliquam efflagitat a Virgilio, nec obtinet. Virgilianæ ad Augustum epistola fragmentum proferat Macrobius Saturn. l. 1. c. ultimo: *Ego vero frequenter a te literis accipio ... De Aenea quidem meo, hinc herculem Jam dignum curvus habeam tuus, liberter mittimus. Sed tanta inchoata res est, ut penè uitio mensis tantum opus ingrediri ministraber: cum prælumen, ut scilicet alia quoque futura ad id opus, multoq; rictiora impetrari.*

*Annus U. C. 730. Aug. 40. Virg. 47.*

C. CESAR AUGUSTUS 10.

C. NORBANUS FLACCUS.

Arctius, Octaviae fororis Anguli filius, fit Adelis, annos natus 18. Quintilius Cremonensis, Virgilii & Horatii familiaris, moritur, ex Hieronymo in Euseb. Horatius de hujus obitu Virgilium consolatur: *Od. l. 1. 24. Hunc Grammatici, nullo veteri auctore, Varum appellant. Sed Quintilius Cremonensis, a Quintilo Varo debere distingui, offendimus Ecl. 6. v. 7.*

*Annus U. C. 731. Aug. 41. Virg. 48.*

C. CESAR AUGUSTUS XI.

CN. CALPURNIUS PISO.

Oritius Marculus, anno circiter etatis 20. maximo Augusti & Ostianæ totiusque populi Romani fuit, apud Baüs. Corpus eius ingenti pompa crematur in campo Martio. Virgilius non multo post fætum Aeneidos librum perfici, ornatusque pulcherrimis de Marcelli obitu ac funere versibus quos cum recenti adhuc dolore Augusto recitaret, dicitur Octavia defecisse, & profundi illius argumenti veribus poeta dea festertia nullide numerari.

Tiridates, Armenia rex, cui cum Phraate Parthorum rege male conveniebat, Romæ ab Augusto excipitur. Quo tempore accidit, quod innuit Dio, ut captivos & signa, bellis superioribus Romanis crepta, Augustus a Partho repeterat. Hæc Virgilius, cum in Parthicum bellum vertere tunc suspiraret, infernit libro sepmio, cui tunc dicitur operam, v. co. *Sive Getis inferat latravimbelum; &c. Sei tendere ad Indos, Aurovamus sequi, Parthoque repeteſſa.*

TE

Sunt gemina belli portæ, &c. Igitur annis minus quatuor, sex fere ultimos operis libros poeta perficit: nec vero tanta in iis eluet, quanta in superioribus, cura.

*Annus U. C. 732. Aug. 42. Virg. 49.*

M. CLAUDIO MARCELLUS.

L. ARRUNTUS.

Ubani hujus finem, antequam sequentes Confites magistratum intrent, ex Dione, iter in Græciam Augustus suscepit.

*Annus U. C. 733. Aug. 43. Virg. 50.*

M. EMILius LEPIDUS.

Augustus perfluit Græcia & Sicilia civitates, hyememque transfigit in insula Samo.

*Annus U. C. 734. Aug. 44. Virg. 51.*

M. APPULEJUS.

P. SILVIUS NERVA.

Trajcit Augustus in Asiam, multat Syria civitates, ibique amissas a Graeco aquilas recipit a Parthis. Roman revertitur; iterumque in Samum hymnaturus condidit.

*Annus U. C. 735. Aug. 45. Virg. 52.*

C. SENTIUS SATURNINUS.

Q. LUCRETIUS VESPILIO.

Virgilius, Aeneide confebat, proficietur in Græciam, ut divinum opus per otium exploraret. Cum tamen Augusto Roman revertentur occurrit, de reditu cum eo cogitans langore correpens est: audacter per navigationem valerundine, Tarentum, aut, juxta plures, Brundufum apulit, ibidem decepsit; 22. Septembri, annos natus 51. mensis in dies 7. Dicitur moriens Aeneida cum hominem ad eam quam inflitterat animo, formam perduxisset, petiti confabundans; negatamque fibi ab amicis, per testamentum legasse Plotio Tuccæ, & Vario, qui eam aut comiserent, aut emendarint. Fabulam putat Corraeus, sed cum id aperte Gellius, Macrobius, imprimisque Plinius, historia sua lib. 7. c. 30. testentur: non vidco contra testes ejusmodi quis vis posset esse tanta rationum. Plotio Variisque mentio frequens apud Horatium; e quibus Varus Epic carminis ea & tare principes fuit: Satyr. lib. 1. 5. Postea Iux torit multo gratissima: namque Plotius & Vardius Sinnele, Virgiliumque, Occurrunt: amas, quales negas conditores Terra tulit, nec quis me sit devinctor alter. Corpus Virgilii Neapolim, ut cupierat, translatum, via Putecolana sepulsum est. Scripta, sublati aliquot veribus, millo addito, dicuntur expurgata. Morum & famæ cognitione, e veterum testimonis mox afferendis, potius quam ex Pseudo-Donato, repetenda est.

TESTIMONIA VETERUM DE VIRGILIO.

HORATIUS, Satyr. I. 1. 10.

Forte epis acer,  
Ut nemo, Varius ducit: molle atque facetus  
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Idem, Sat. 6.

Optimus clime  
Virgilius, post bune Varius, dixerit quis esset.

PROPERTIUS, lib. 2. Eleg. ult.

Me juvet besternis possum languore corollis,  
Quem tengit jactu certus ad oja Dens:  
Atria Virgilium custodes litora Phabi,  
Cesari & forte dicere posse rates,  
Qui nunc Aenea Trojani suscitat arma,  
Jaegera Lavinis mania littoribus.  
Cedit Romani scriptores, cedite Graii.  
Nelcio quid majus nascitur Utiae:  
Tu canis umbris subter pincta Galei  
Thyrsus, & atriti Daphnarinundinibus &c.  
Tu canis Ares' poteri præcepta poete,  
Quo leges in campo, quo vixit uera iugum.  
Tale facit Carmen docta tisudini, quale  
Cynibus impositis tempora articuli.

OVIDIUS, Atris amat. lib. 3.

Et profugum Aenean, alta primordia Roma,  
Quo nullum Latio clarius extat opus.

IDEI, Amorum lib. 1.

Tityrus, & segetes, Aeneaque arma legendur,  
Roma triumphati dum caput orbis erit.

IDEI, Trist. I. 2.

Et tamen ille tua felix Aeneas anchor  
Consulit in Tyrios arma virumque toros.  
Nec legitur pars sua magis de corpore toto,  
Quam non legitimo sedere junctus amor.  
Phyllidus hic idem tenerique Amaryllidis ignes  
Eucolicis juventis inferat ante modis.

SILIUS, lib. 8.

Mantua Mularum domus, atque ad fidera cantu  
Evocata Audino, & Smyrnæis aquila flectris.

STATIUS, Thebaida alloquens.

Vive precor, nec tu drivinam Aeneida tenta;  
Sed longe sequere, & vestigia semper adora;

JUVENALIS, Satyra II.

Conditor Iliados cantalitur, atque Maronis  
Altissimi dubiam facientia carmina palman.

MARTIALIS, Epig. I. 8.

Temporibus nostris etas cum cedat avorum.  
Creverit & major cum dace Roma suo:  
Ingenium sacri miraris alesse Maronis,  
Nec quemquam tanta bella sonare tutu?  
Simi Mecenates, non deverb. Flaccus, Marones,  
Virgiliumque tibi vel tua rura dalem, &c.

IDEI, lib. 14.

Accipe facundi Culicem studiose Maronis,  
Ne rugis possit arma virumque canat.

SULPICIUS CARTHAGINENSIS.

Jusserat hec, rapidi aboleri carmina flammis  
Virgilus, Phrygium quo cecinere ducem.  
Tuccaveta, Parusque simi, tu, maxime Caesar,  
Non sis, & Latia coniuncti historie.  
Infelix gemino occidit prope Pergamus igni,  
Et pene est alio Troja cremata rego.

ALCIMUS.

Maenio vati qui par aut proximus esset,  
Conjuritus Pegan risit, & hec cecinit:  
Si potuit naci quem in sequor eti, Hamere,  
Nascetur qui te posset, Homere, sequi.

VELLEIUS, lib. 2.

Inter quæ maxime nostri avi eminent,  
Principes carminum Virgilius, Rabiriusque,  
&c.

SENECA, Controv. lib. 3.

Virgilium illa felicitas ingenii in ora-  
tione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus deficit.

PLINIUS, Hist. I. 7. c. 30.

D. Augustus carmina Virgilii cremari con-  
tra, testamenti ejus verescundiam vertuit;  
magisque ita Vati testimonium contigit,  
quam si ipse sua carmina probavisset.

PLINIUS, Epist. 21. lib. 3.

Virgilii ante omnes imaginem venerabatur  
Silius, cuius natalem religiosus quam  
suum

sum celebrabat: Neapoli maxime, ubi mo-  
numenum ejus adire ut templum solebat:  
Secundus, inquit, est Virgilius: propri  
camen primo quam tertio.

TACITUS, Dialogo de Orat.

IDEM, lib. 9.

Malo securum & secretum Virgilii fecer-  
sum, in quo camen, neque apud D. Augu-  
stum gratia caruit, neque apud populum  
Romanum notitia. Testes Augusti Epistolæ:  
testis ipse populus, qui auditus in theatro  
versibus Virgilii surrexit universus, & for-  
merat spectanteque Virgilium ve-  
neratus est sic quasi Augustum.

QUINTILIANUS, lib. 10.

Ut ar verbis iisdem, quæ ex Afro Domi-  
ni juvens accepi: qui mihi interroganti,  
Virgilium, Platonem poetarum vocabat:  
ejusque imaginem cum Gieronim simulacro  
in secundo Iafario habuit, & Achil-  
lis, & magnorum virorum.

## NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

**C**oncediamo licenza a Sebastian Coleti, che possi ri-  
stampare il libro intitolato: *P. Virgilii Maronis  
Opera. Interpretatione, & notis illustravit Carolus Ruclus  
Soc. Jesu ad usum Serenissimi Delphini: Editio nova au-  
torior, & emendatior: giusto gli esemplari stampati altre  
volte in Venezia.*

Dat. 12. Giugno 1733.

(Gio: Francesco Morosini Kav. Rif.

(Pietro Grimani Kav. Rif.

Agostino Gadaldini Segr.

ARGU-

# ARGUMENTUM

## IN BUCOLICA

**B**UCOLICUM carmen idem est ac pastorale, deducto nomine a pasto-ribus; quorum sunt precipi qui curant boves, sive bubuli, Grace Buxdori, a Gōs bos. Quo in genere Virgilius Theocritum, Sracanum poetam, imitandum sibi proposuit.

Carmina ejusmodi sua vocavit Theocritus Idyllia, Virgilius Eclogas. Est autem ἔλογον Ecloga, delectus paucorum aliquot opusculorum e pluribus, qua fecerit auctor, nec luce digna judicari: vel, delectus quorundam veritatis, quos e Theocrito per imitationem expresserit: est enim ἔλογον eligere, fecernere. Male autem scribitur a quibusdam Ecloga, quasi ab ἀλλα capra & λόγος sermo: tum quia non ἔλογον, sed ἀλογονία dicenda esset: tum quia minima pars bujus operis ad capras pertinet; ad oves, canis, amores, multo maxima: tum denique quia nomen Ecloga aliis operibus tribuitur bene multis, in quibus pastoratum nibil, immo nihil omnino prater delectum significat. Tales habemus bode Polybi, Diodori, Strabonis Eclogas, sive excerpta e majori opere: Odas Horatii vocat Sidonius Apollinaris, varii carminis Eclogas: ejusdem Horatii. Satyri quibusdam in codicibus Ecloga inscribuntur.

Cæpta sunt Bucolica anno Virgilii 29. exente, U. C. 713. & triquinto perfecta: ut jam in Vita, moxque singulis in Eclogis differemus.

Dal 15. Giugno 1733.

(Gio. Francesco Mologni Rca. Rca.)

(Dietto Giacomo Rca. Rca.)

ARG.

P. VIR.

# P. VIRGILII MARONIS BUCOLICA. ECLOGA I. \* TITYRUS.

## ARGUMENTUM.

CÆSAR Octavianus cum Agrum Cremonensem & Mantuanum veteranis milibus in premium attribueret, Virgilius Mantuanus inter ceteros agello suo spoliatus est: sed Maecenati commendatus per Afrum Pollionem, qui tunc in illa regione cum aliquo legionibus versabatur, & per Maecenatem in Orlaviani gratiam inductus, quod amiserat, recuperavit. Hec igitur Ecloga laudes Octaviani & Romæ, suam felicitatem, Mantuanorum calamitatem commemorat. Tityrus Virgilium representat, Melibus Mantuanos.

Scripta est anno Virgilii 29. Urbis condite 713. Coss. P. Servilio & Lucio Antonio, Marci fratre: quo anno fada est celebris agrorum diviso, ex qua bellum Perusinum statim erupit, veteribus agrorum dominis consurgentibus ad Lucium, & cum ex adverso Triumviro conspirantibus. Accidit autem agraria illa diviso post vitoriam Philippenses Octaviani & M. Antonii de Bruto & Casso Julii Caesaris persecutoribus ann proxi- pectante relata: non vero post vitoriam Asiacam Octaviani de M. Antonio, ut male in Pomponio & Probi commentariis legitur. Cedit enim hec in annum Virgilii 39. at Bucolica ante annum ejus 32. absolutae sunt; quippe anno 29. incepta, & triennio perfecta. Quos errores in vita Poete fuisse emendavimus.

## NOTE.

\* TITYRUS. ) Aptum argumentum no- calamus, avis quædam, Servio aries major, men. Est enim Tityrus Helychio Satyrus, Interpreti Theocriti osus.

## MELIBOEUS, TITYRUS.

MEL. Tityre, tu patula recubans sub tegmine fagi,  
Silvestrem tenui Mufam meditaris avena:  
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva;  
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lensus in umbra

5. For.

## INTERPRETATIO.

MEL. Tityre, tu facies sub umbrazulo fagi opacæ modularis cantilenam pectoralem, cum parva fistula: nos deferrimus terminos patriæ, & agros amanos; nos eximus e patria: tu, Tityre, osus fab' umbra

## NOTE.

Melibœus ) Boum curator, in pœnas miti, quia cura est ipsi de lobis. 2. Avena.) Musica instrumenta inter pa-

ri, que triticeis inter le cera compactis: tum arbore glandifera, Ital. faggio, ex qua olim ex arundinibus & cavatis buxi fistulis, mox homines vestiturunt: unde dicta Græcis quidem egypti fagus, a φεγγει, sive φεγγει, edere; lis, &c. Unde avena, pipula, calamus, arnæ Latinis autem æsculus pariter ab eſu. Usus, fistula, buxi, tibia, corna, &c. pro multis instrumentis usurpantur.

A

5. Ana-